



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

270 LEGES ECCLESIASTICÆ

Synodus, in qua sedatae sunt controværia illæ inter episcopos, de quibus Ditmarus Merseburgensis episcopus, qui eidem Synodo præsens interfuit, hæc scribit: *Post hac Synodus hic fuit magna, in qua Gebehardus Ratisponensis ecclesiæ presul ab archiepiscopo suimet arguitur, & Metensis ecclesiæ presul Theodoricus a rege increpatur, eo quod epistola suimet hunc iniuste apud papam accusaret. Hæc omnia & multa alia consilio prudenti finita sunt, & restitutio parochia tunc promissa est mihi.*

Idem Ditmarus fatetur se pro recuperandis suæ parochia bonis Synodo huic libellum dedit, atque Theodorico Metensi episcopo ab omnibus in Synodo præsentibus interdictum esse, ut ante purgationem Missam non caneret. Vide Baronium anno 1011. num. 1.

LEGES ECCLESIASTICÆ

CIRCA
ANNVM
CHRISTI
1011.

ÆTHELREDI REGIS CIRCA ANNVM MXII.
apud Habam conditæ, quarum quatuor partes habentur in Iornalensi manuscripto. Tres priores nihil conferunt in rem ecclesiæ, quartæ vero sunt hæc capitula.

TITVL CAPITVLORVM.

- | | |
|---|--|
| I. <i>De denario sanctæ ecclesiæ dando, & de decimatione thaynorum.</i> | IV. <i>De consuetudinibus sanctæ Dei ecclesiæ reddendis.</i> |
| II. <i>De ieiunio & feriatione trium dierum ante festum sancti Michaelis.</i> | V. <i>Nec quis vendatur extra patrum.</i> |
| III. <i>Quid regi & populo omni die sit cantandum.</i> | VI. <i>De roboria.</i> |
| | VII. <i>De eleemosynis & rectitudinibus ecclesia.</i> |

HÆC INSTITVERVNT REX ÆTHELREDVS
& sapientes eius apud Habam.

CAPITVLA.

I.

IN primis, vt vnum Deus super omnia diligatur & honoretur, & vt omnes regi suo pareant, sicut antecessores sui melius fecerunt, & cum eo pariter defendant regnum suum. Et constituerunt in primis Dei misericordiam & auxilium inuocare ieiuniis, eleemosynis, confessione & abstinentia, & malefactis & iniustitia abstinere. Et vt detur de omni carruca denarius, vel denarium valens, & omnis qui familiam habet, efficiat vt omnis hirmannus suis det vnum denarium. Quod si non habeat, det domi-